



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

VII. De parricidio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

malè commissis agere pœnitentiam : sed quia  
in omnes propter multitudinem non potest  
vindicari , priora dimittenda Dei judicio ; de  
reliquo maxima sollicitudine præcavendum,  
ne fiant.

*De parricidio.*

C A P. VII.

Pœnit. Rhab. Parricidium autem quam sit detestabile cri-  
c. 11. men , judicio factō inter Cain & Abel fratrem  
Regino lib. 2. suum Dominus ipse ostendit , cùm ad Caïn  
c. 28. Gen. 4. „ parricidam ait : Maledictus eris super terram,  
„ quæ aperuit os suum , & suscepit sanguinem  
„ fratri tui de manu tua. Cùm operatus fueris  
„ eam , non dabit fructus. Vagus & profugus  
„ eris super terram. ] In quo etiam posuit lig-  
num , hoc esti , ut gemens & tremens & profu-  
gus viveret semper , nec uspiam sedes haberet  
quietis. Sed quia in modernis temporibus par-  
ricidæ profugi discurrunt per diversa loca , &  
variis vitiis atque gulæ illecebris deserviunt ,  
melius mihi videtur ut in uno loco manentes ,  
pœnitentia disticta semetipsos castigent , si  
fortè à Domini bonitate indulgentiam facino-  
ris sui percipere mereantur. Non enim eis lice-  
bit ultrà cingulum militiæ sumere & nuptiis  
atque conjugij copula uti , quia sacri canones  
hoc eis non concedunt , sicut postmodum de  
pœnitentibus pro culpis gravibus decreta syn-  
odica decernere ostensuri sumus.

\* \* \*